



Per.
Lat
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányos-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1937-38. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungaria m 4 pengoe. Gyrus aerarii comparisorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A-37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

AD BATAVOS.

Regia nata est in regno proles Batavorum,
Omnes laetantur infimi et eximii.
Gaudia pertemptant nova pectora laeta parentum,
Regnatrix gaudet inclita nepte sua.
Laetitia afficitur nunc Hungara patria quoque,
Quae grata ob multa munera semper erit.
Omni felix sit nova proles tempore vitae,
Cuncti Pannones unanime cupiunt.

Pridie Calendas Februarias radiophonice incolis urbis Amstelodami nuntiatum est filiam Julianae, reginae futurae principisque Bernhardi natam esse. Statim domus navesque omnes vexillis ornatae sunt, tormenta navium bellicarum in anchoris stantium 51 fragoribus et campanae soni uide gaudio communi totius civitatis eos quoque, qui



Bernhardus princeps et filiola Beatrix.

nondum scirent, certiores fecerunt. Homines indictā in illam diem vacatione ubique in viis congregati magnā voce clam tabant: Vivat, diutissime floreat domus regia Nassau-Oranensis! Nos quoque Batavis toto animo gratulantes hoc carmen nobis orantibus ab Stephano Hellemechzi doctore Zalaegerszegiensi scriptum edidimus.



LECTORIBUS MINIMIS.

Emerici epistola¹ ad amicum Vindobonensem.

Emericus A. amico suo Guilelmo F. s. p. d. (= salutem² plurimam dicit).

S. V., B. E.; E. V. (= Si valēs, bene est; ego valeo.³) Grātiās⁴ tibi ago⁴, cārissime Guilelme, pro litteris¹ tuis et pro gratulatiōne tuā. Ego quoque omnia bona fausta fēlicia ab Deo tibi opto. Vivās, crēscās, flōreās! Et ecce nunc respondeo ad tria ista interrogāta tua.

1. Dię⁵ nativitatis⁵ Domini⁵ Christi⁵ strēnās⁶ accēpi splendidās: lūdum pilae mensālem⁷, sclopetum⁸ lusōrum, māchinam scriptōriam, horologium⁹ argenteum.

2. Gaudeo, quod ephēmeridem nostram, «Iuventūtem» Latīnam diligenter legis. (In novissimo numero quinto (Ian.) dēlenda est¹⁰ pāginae sexagesimae septimae altera sententia «Officinam ... fundāvits», quae falso¹¹ in hunc contextum irrepit.)¹² Dēscribo tibi duas illas inscriptiōnes Eperjesienses, quas optasti. Altera est Mūsēi zōologicī inscriptio, quae annum fundatiōnis nōn indicat. Verba illius distichī haec sunt:

Quae nātūra tulit,¹³ sollertia¹⁴ condidit, hic sunt,
Ut dītent¹⁵ vīrēs, grāta iuventa,¹⁶ tuās.

Altera, quae est inscriptio bibliothēcae Szirmayanae, habet nonnullās litterās maiōres, annum indicantēs. Duo hī hexametri versūs ita sunt compositi, ut prior versūs subiectum et quattuor praedicāta, secundus obiecta quattuor illorum praedicatōrum contineat¹⁷; singula vocābula puncto interposito sunt sēiuncta¹⁸:

HIC · LOCVS · INVITAT · PROHIBET¹⁹ · DESIDERAT · ARGET ·
MVSARVM SOCIOS · TVRBAS · PIA PECTORA · VOLGVs.²⁰
MDCCCVVVVVVVVIIIIII = 1800 + 35 + 6 = 1841.

3. Dēnique huic epistolae meae adiunctum²¹ mitto tibi versiculum.

I. Gigas terrestrium²² animalium.

Unus elephantus
habet fere pondus²³
sexaginta adultorum²⁴
robustōrumque virōrum.
Quadrupedum nullus tantus,
quantus Indus elephantus.
In Asiae Indiā,
in Sumatrā insulā
et in primigēniis²⁵
densis silvis²⁵ Ceylonis

elephantōrum grēgēs
per dūmōs²⁶, per fruticēs
per hastās bambūseās
vī aperiunt viās. —
Et hic in vīvāriō
nēmo māior hōc fērō:²⁷
ingens corpōris volūmen
altum capitīs cacūmen
exsuperat firma saepa²⁸
ferro solidō²⁹ perfecta.

Elephantus nōn est sīlus³⁰
nāsus eius nōn est sīmus,
manū longā cum dīgitō
habet ille nāsi lōcō.

Callum³² — crassum est, ut cortex,
nulla illud secat forfex³³;
sūlcī³⁴ autem cutis³² dolent,
cūlicēs³⁵ si cūtem mordent.

Elephantī hāc dē causā
sē inspergunt aquā multā
aut pulvēre aut harēnā,
volūtantque sē in rīpā,
in fluvīs lacubusque³⁶
saepe lavant fluctibus se.
Domī, in vīvāriōque
appōnuntur³⁷ à custōde
cūpae³⁸ elephanto ampliae
aquā frigidā refertae.

Et³⁹ Africa bēluam
tantam possidet suam;
dentēs⁴⁰ elephantīnōs
inde portant huc ad nōs.
Et³⁹ anno novissimo
mense quōque tertīo
chilogrammatum quia
bis centēna mīlia
ebōris⁴¹ ex Africā
advēnērunt revērā,

¹ levél = Brief = lettre ² üdvözlet = Gruß = salutation ³ egészséges vagyok = bin gesund = je suis bien-
portant ⁴ köszönetet mondok = ich danke = je te remercie ⁵ karácsonykor = zu Weihnachten = à Noël ⁶ ajándék = Geschenk = cadeau ⁷ pingpongjáték = Pingpongspiel = jeu de ping-pong ⁸ pisztoly = Pistole = pistolet ⁹ zsebóra = Taschenuhru = montre ¹⁰ törleñdő = ist zu streichen = est à biffer ¹¹ tévesen = irrtümlich = par erreur ¹² becsúszott = unterlaufen = s'introduire ¹³ megteremtett = erschaffen = créer ¹⁴ szorgalom = Fleiß = l'industrie humaine ¹⁵ gazdagít = gyarapít = bereichern = enrichir ¹⁶ iuventus ¹⁷ tartalmaz = enthalten = contenir ¹⁸ elklöönítve = absondern = séparé ¹⁹ nem engedi be = fernhalten = écarter, repousser ²⁰ csőcselék = Gesindel = populace ²¹ mellékvelve = beigelegt = inclus, annexé ²² szárazföldi = auf dem Festlande = terrestre ²³ súly = Gewicht = poids ²⁴ felnött = Erwachsener = adulte ²⁵ öserdő = Urwald = forêt vierge ²⁶ sűrűség = Dickicht = broussailles ²⁷ vadállat = wildes Tier = bête sauvage ²⁸ kerítés = Umzäunung = clôture, barrière ²⁹ tómör = massiv = massif ³⁰ tómpeoru = stumpfnasig = camus ³¹ pisze = stumpf = retroussé ³² bőr = Haut = cuir ³³ olló = Schere = ciseaux ³⁴ barázda = Furche, Rinne = ride, pli ³⁵ szúnyog = Mücke = cousin, moustique ³⁶ tó = Teich = lac ³⁷ melléálít = danebenstellen = placer à côté ³⁸ dézsa = Kufe, Bottich = cuve ³⁹ is = auch = aussi ⁴⁰ agyar = Stoßzahn = défense ⁴¹ elefántcsont = Elfenbein = ivoire

*ita sine dubio
fiet extirpatio,⁴²
quamquam sāne h̄i fēri
possunt mansuefiēri.
Aut in laqueos⁴³ cādunt,
aut in plāgās⁴⁴ incidunt,
tumque magnae bēluae
mansuefiunt facile:
ōnus⁴⁵ trūdunt capite
rōtis modestissime,
clitellas⁴⁶ portant in tergo
cītiusque currant equo.
Sēdent in vivārio
elephanto in magno
pueri laetissimi
per sēmitas⁴⁷ hortuli.*

Finis sequetur.

⁴² kiirtás = Ausrottung = extermination ⁴³ hurok = Schlinge = noeud coulant, piège ⁴⁴ háló, csapda = Netz, Falle = rets, piège ⁴⁵ teher = Last = fardeau ⁴⁶ poggyásnyereg = Packsattel = bát ⁴⁷ gyalogút = Pfad = sentier



Iocosa.

Mors Taciti. 1. *Professor:* Quoto anno Tacitus mortem¹ obiit? — *Discipulus:* Incertum est; hoc enim ne² ipse Tacitus quidem² in operibus memorat.

2. *Filiola simplex.*³ Mater filiolam in bubile⁴ duxit, ut vitellum⁵ modo⁶ partum⁷ aspiceret. Puellula, cum in bubili vidisset vitellum a matre, a vacca⁸ lambi,⁹ interrogavit matrem suām, qua de causa vacca vitellum lamberet. Mater filiolae interroganti respondit: Quia amat eum. Hoc auditio puerula vultum¹⁰ demisit¹⁰ et lacrimans haec dixit: Mater, tu me nunquam amavisti!

Alexius Czuppon Miskolciensis.

3. *Au!* Vae! «Carole, certe mihi dicere potes, quis Columbus fuerit?» — «Columbus, domine magister, avis fuit.» — «Avis? Quomodo putas hoc?» — «Frater meus natu maior habet librum, in quo narratio est, quae «Ovum¹¹ Columbi» nominatur.»

Hedviga Glós disc. Kaposváriensis.

4. «Tinea¹² habet vitam terribilem!» — «Cur?» — «Aestate, cum omnes sudant,¹³ tineae vivendum est in mantello¹⁴ hiemali;¹⁴ hieme, cum omnes frigent, in vesti¹⁵ balnearia¹⁵ est ei vivendum.»


5. *Medicus:* «Tu es prudens homo, nolo celare¹⁶ duram sententiam, nam quid prodest dissimulatio?¹⁷ Tempus, quo moriendum tibi erit, haud procul est, et mors est ultima rerum linea. Quomodo tuae res se¹⁸ habent? Ordina illas cito, fac testamentum! Quid est ultima tua voluntas?» — Gravi¹⁹ morbo¹⁹ affectus :¹⁹ «Vocate alium medicum!»

6. *Emericus Fehér* curru automobili obtutus²⁰ est. Post duas septimanas²¹ interrogat amicus: «Potes iam vadere?» — «Nescio. Medicus affirmat me posse ire, advocatus contra negat.»

Emericus Lipsitz disc. Debrecinensis.

7. *Faber*²² ferrarius²² docet famulum: «Ergo ferrum igneum superinicies incidi,²³ et cum capite nutabo,²⁴ tundes²⁵ firmiter». — Famulus diligenter ita fecit. Opificem calvaria²⁶ cum perfacta in valetudinarium²⁷ portaverunt.

Antonius Biró Disc. gymn. Jaszberényiensis.



Amstelodamum, ubi Beatrix principissa nata est.

Hellmesberger,

auctor ille operum musicorum notissimus directorque Odei¹ Vindobonensis aulici² etiam iocis iucundis clarus erat. Temporibus muneris³ eius in Odeo quidam, nomine Grün (= viridis), magister³ primarius³ symphoniacorum³ erat. Is iudicio Hellmesbergeri fidicen⁴ bonus non erat. Sententia eius: «Grün oculis proficit,⁵ sed auribus officit⁶, celeriter divulgata est. Itaque aliquando, cum Grün ab Hellmesbergero vehementissime posceret, ut quandam partem soli⁷ sibi fidibus⁷ canere⁷ liceret, praesentibus collegis Hellmesberger hanc ei historiam narravit:

Heri, carissime Grün, somnium⁸ singulare⁸ mirumque⁸ somniavi. Mortuus eram et ante Petrum steteram aditum⁹ in paradisum petens. Tunc interrogavit me sanctissimus ille ianitor, quonam¹⁰ officio¹⁰ in vita terrestri functus¹⁰ essem.¹⁰ Respondenti mihi me ibi cantu¹¹ fidium¹¹ esse quovis¹² modo¹² functum,¹¹ quassavit Petrus caput canum¹³ et declaravit nullum iam in paradiſo mihi locum esse, cum invenirentur iam ibi permulti fidicinum. Tristis abire volui iam-iam meditans,¹⁴ quid mihi faciendum esset, cum repente porta caeli paulum aperitur et ego per rimam¹⁵ introspicere potui. Et quemnam ibi primum praetereuntium¹⁶ vidi? Putasne? Te, care Grün! Tum me¹⁷ ad Petrum converti¹⁷ et interrogavi, curnam mihi in paradiſum aditus non daretur, cum collega quoque meus Grün adasset. Subridens¹⁸ respondet mihi Petrus: Atqui, dulcissime, iste Grün per omnem¹⁹ vitam¹⁹ nunquam¹⁹ fidicen erat.

Elisabetha Fikár disc. Kaposváriensis.



LECTORIBUS MEDIIS

De hilaritate risuque¹ leni.¹

Scripsit Carolus Puffy Huszár. Latine reddidit ex periodico
«Új Idők» Aladarius Kővári Kaposváriensis.

Credite mihi: cuncta mala facilius ferre possitis, si hilares esse velletis. «A good smile is worth a million Dollar»: risum iucundum decies centenis milibus thalerorum stare² dicit Americanus. Quam cum sententiam Americanus pro vero comprobat, iam difficultatem sibi dissolvit. Hilaritas risusque lenis capsula³ amylacea³ est, per quam acerbiora levius devorari possint.

Amicus meus Neo-Eboracensis⁴ filiam suam haud dubie foedam in matrimonium datus erat. Sponsus futurus interrogatus, placertne sibi puella, dulce ridens respondit: «She has a face, only a mother can love» — quod Latine significat: talis ea est, quae soli matri suae placeat.

Revocemus in mentem figuram illius raedarii⁵ moderatissimi⁶ et hilaris Máramarosiensis! Interrogat vectorem: «Amabo,⁷ domine, loquerisne Francogallice?»

— Ut quaeſisti — respondet vector.
— At bene? — urget eum auriga.
— Prorsus absolute. Curnam?
— Scisne, amabo, quid significet verbum
perdu?

— Videlicet scio: amissum.
— Nae! Ergo sarcinae⁸ tuae sunt «perdu».

His ambagibus⁹ edocuit vectorem sarcinas eius surreptas esse.

Usus eram amico mihi gratissimo consorti copulenta curaeque¹⁰ macescendi.¹⁰ Dum ego penitus exacerbatus miserrimam esuriendi¹¹ viam emeſtior, ille semper splendido serenoque vultu laetificavit céteros reos macescendi cupidos. Mehercle afficit animum, siquis copiā¹² satiandi¹³ per hebdomades careat, imprimis si tam cupidus epulandis sit, quam macescendi cupidus mei similis. At postea eum ideo tam hilarem esse elucuit, quia tesseras¹⁴ perfricandis¹⁴ submutaverat pransoriis, sudatoriais gymnasticasque gustatoriis¹⁵ cenato-

¹ udvari opera = Hofoper(nhaus) = Opéra de la cour
² működés = Tätigkeit = pendant qu'il était en fonction
³ első hangverseny mester = erster Konzertmeister = premier maître de concert ⁴ hegedűs = Geiger = violoniste
⁵ jót tesz = ist gut = être utile ⁶ kárára van = Eintrag tun = faire du tort, nuire ⁷ magániszám kent elhegedülni = Solo auf der Geige spielen = jouer du violon en solo ⁸ nágyon furcsa álom = ein ganz sonderbarer Traum = un rêve extraordinaire ⁹ bebocsáttás = Einlaß = accès ¹⁰ mi volt a foglalkozásom = welchen Beruf ich ausgeübt hätte = quelle était ma profession ¹¹ hegedűsként működik = sich als Geiger durchbringen = faire le métier de violoniste ¹² úgy ahogy = schlecht und recht = tant bien que mal ¹³ ösz = grau = blanc, gris ¹⁴ töpreng = nachdenken = réfléchir, se creuser la tête ¹⁵ rés = Spalt = fente ¹⁶ előtte elhalad = vorbeigehen = passe devant ¹⁷ P.-hez fordultam = wandte ich mich an = s'adresser à ¹⁸ mosolyogva = lächelnd = en souriant ¹⁹ soha világéletében = sein Lebtag kein = jamais de sa vie

¹ mosoly = Lächeln = sourire ² ér = wert sein = valoir ³ ostya = Oblatenkapsel = cachet ⁴ ex urbe New York ⁵ fiakeres, bérkocsis = Fiaker (Lohnkutscher) = cocher de fiacre ⁶ tapintatos = taktvoll = d'un tact incomparable ⁷ kérem szépen = bitte schön = s'il vous plaît ⁸ poggyász = Gepäck = bagage ⁹ kerülőút = Umschweif = détour ¹⁰ fogyókúra = Entfettungskur = cure d'amaiementissement ¹¹ koplalás = Hungerleiden = jeûne ¹² lehetőség = Möglichkeit = possibilité ¹³ jóllakni = sich satt essen = se rassasier ¹⁴ masszirozásra szól jegy = Massierschein = billet de massage ¹⁵ uzsonna = Jause = goûter

riisque. Cenae duae vel tres sic sibi conflatae¹⁶ omissaeque et sudatio et involutio¹⁷ et infrictio¹⁷ et membrorum exercitatio erant fontes illius hilari-tatis eius admirabilis. Cum furtum eius patefieret subtraherenturque¹⁹ ei fercula subditicia²⁰ copiosa, sepositissimis a nobismet ipsis dapibus pasceba-tur, ut fringilla²⁰ canaria solet dauco²¹ sativo²¹ pasci, ne utcunque²² canere desineret. Hilaritas enim ipsis effectus nobis curam macescendi tole-rabilem.

(Continuabitur.)

¹⁶ paratae, acquisitae ¹⁷ bepakolás, masszázs = Einwickelung, Massage = enveloppement humide, mas-sage ¹⁸ turpisság = Gaunerstreich = supercherie ¹⁹ meg-von = entziehen = retirer, retrancher ²⁰ becesszpészett = untergeschoben = passé en contrebande ²⁰ avis ²¹ sárba = répa = Möhre = carottes ²² valahogyan = irgendwie = éventuellement

terra in aeternum tacuit, sed in caelo, quo animam ejus advolasse credimus, gloriam et virtutem Cordis Jesu, Redemptoris nostri ac Regis populo-rum canere coepit.

5. Mater, ille bene se habet! Die 8 m. Aug. a. MCMXXXVI, prope Caesaraugustam contrarii exercitus convenerant: ex una parte milites vestis caeruleae castra metati²¹ erant, ex alia milites rubri pilei, qui sub Dominae Mariae a Nivibus praesidiis e Tafalla in pugnam adversus infestos Patriae hostes exierant. Huic cohorti traditionis adscriptus erat Angelus Martinez cum Gregorio filio. Hac die pu-

Memorabilia quaedam belli Hispanici. (2)

J. M. Jimenez C. M. F. Alabonensis (Zaragoza.)

2. Qui paulo ante mortem ligamentum¹⁵ evellit. Quidam traditionis miles in valetudinario¹⁶ Pampe-lunensi detinebatur gravibus affectus vulneribus, quae in certamine accepérat. Jam vires sibi deficere mortemque certo gradu appropinquantem sentiebat, cum ille virtute magnā praeditus ligamen-tum e vulneribus evellit manusque proprio sanguine tingit easque reverenter osculatur. Postea magno cum clamore «Pro patria mea, inquit, pro patria mea morior»; atque statim efflavit spiritum.

3. Quid de me deo referam? Joseph Falcencis (ita enim appellabatur quod «Falces» in Navarra ortus esset) in valetudinario jacens ex vulneribus in bello acceptis paulo ante sectionem chirurgicam pro viribus cum valetudinaria certabat, ne traditio-nis militum subculā¹⁷ exueretur. Altero die, cum jam mortem ad se progreedi videt, ab ipsa (vale-tudinaria) ingenuitate¹⁸ quadam quaerit, quid de se Deo referat cum ad Deum pervenerit. Tunc illa: «Dicito haec: ego in causa justa pro Deo pugnans occubui; domi vitam pacificam ducebam omnium optimum; sed quondam per-versi homines exierunt, qui Ecclesias ignibus vastarent, sacerdotes et optimos homines occide-rent, effigies sanctorum ac praesertim Christi Redemptoris nostri ex ecclesiis et ephebeis¹⁹ exu-larent . . . ; quae omnia ubi comperta habui, dixi: «Haec ego non patiar, non feram» atque arma tunc in eos intuli ac demum gloriose pro Deo certans perii». Tunc moriens «Haec referam, haec referam», exclamavit, et continuo exspiravit.

4. Sacrum cor Jesu, tu regnabis. Raphael Irigoyen miles traditionis in nobili et gloria Navarensi provincia natus, grave vulnus accepit. Per sex dies notissimam illam in Cor Jesu cantiunculam «Sacrum Cor Jesu, tu Regnabis» saepissime modula-batur.²⁰ Itaque, discriminé vitae perdurante, vulnerum dolores leniebat. Declaravit se velle mori hanc ipsam cantiunculam proferendo. Et revera, laboribus magnā patientiā sedatis, cum jam exanimis videbatur, magna voce cecinit Cor Jesu vulgatam cantiunculam, quam ubi finivit, hac in



Sonja Henie patinatrix clarissima (ex periodico «Élet»).

gnatum est viriliter et pater, cum ad hostes virili animo accederet, mortem invenit. Hanc tamen in morte habuit dulcedinem, ut filii praesentiā fruere-tur. Filius enim, ubi patrem occumbere animad-vertit, ad sublevandum eum properavit, atque officio pietatis functus est. Fama hujus pugnae ad parentes et necessarios pervenerat, omnesque de vita suorum perturbari²² cooperant. Paucis post diebus Gregorius per commeatum²³ dimissus²³ domum reddit. Cui mater obviam procedens, aliquid

¹⁶ kötés = Binde = pansement ¹⁶ kórház = Lazarett = ambulance ¹⁷ ing = Hemd = chemise ¹⁸ egyenesség = Aufrichtigkeit = franchise ¹⁹ nevelőintézet = Erziehungs-anstalt = maison d'éducation ²⁰ énekelni = singen = chanter ²¹ kimérni = ausmessen = dresser le camp ²² ag-gódní = besorgt sein = s'alarmer, se faire des soucis ²³ szabadságolták = wurde beurlaubt = en permission

jam praesagiens²⁴ dixit : «Et pater, ubi est? Cur etiam ipse tecum non reddit? Utrum in laborioso ac terribili certamine, de quo fama est, gravia vulnera accepit? an e contra bene valet?» Tunc filius sereno ac forti animo : «Non est, ait, quo anxia sis, mater: ille bene se habet . . . ; ille enim in aeterna Patria est . . . » Et continuo mater et filius pias pro patre preces fuderunt.

Si laudandus est, qui mortem pro patria oppedit, strenui milites traditionis laudandi sunt, qui pro patria non cunctabantur sanguinem generosum fundere. Atque si primis saeculis sanguis martyrum mundum a pagano cultu redenit, sanguis militum, qui pro Deo et pro Patria fusus est, nonne Hispaniam, Europam, mundum universum a communistarum potestate et seductionibus liberabit?

Massiliae, Idibus Sept. a. MCMXXXVII.

(Finis.)

²⁴ sejteni = ahnen = se douter

Vindicta nobilis.

Materiam enarrationis praebuit *Béla Nográdi*. Convertit
I. Guelmino, Budapestinensis.

Semper rixabamur¹ inter nos, condiscipuli
classis sextae gymnasii Viae «Tavaszmező». Importunissimus² nostrum certe Krcsák erat, facies
illa nigerrima, vultu atro, ut illius etiam hodie
recordor. Vix hora finita erat, vixque cessedit
professor ex auditorio,³ alterum pedem adhuc
intus habens in classe, iam exorta est pugna inter
nos sine causa, quoniam illum taedebat mei et
me invicem illius. Nunquam potui supportare
faciem illius malevolam, damnoque alterius gau-
dentem. Anno scholastico finito valediximus alter
alteri ita affecti,⁵ ut ego tumoribus⁴ violaceis
domum redierim, illum autem dens unus defecerit

Iam multum temporis praeterit, et cum filios moneo, ut ubique, sed praecipue in schola, templo Musarum reverenter se gerant, et — quod Deus avertat — alter alteri iniuriam vel pugnos⁶ inferat, semper venit mihi in mentem illius Krcsák et quasi ille irrideat mihi. Nunquam ab eo tempore rursus videbam illum, nescio, ubi moretur terrarum. Non potui tolerare praepotentiam⁷ illius, qui omnem suam auctoritatem in pugnis habuit et supervalentia⁸ vi corporis non ad defendendos infirmiores, sed ad invadendos utebatur. Gaudebat, si se timeri, et maerebat si se non timeri videbat.

Memini etiam alterius condiscipuli, cui nomen
Vaene impositum erat. Puer erat oculis intellectu
nigre splendentibus, et paululum lacrimis⁹ obor-
tis,⁹ quasi timefactus semper veniam peteret,
ut ignoscas sibi, quia nunquam voluit te offendere. Iam mortuus est, miserrimus, 27 annos natus.
Hunc Krcsák derisu habebat semper et ideo, uti
mos est, derisu habebatur omnibus. Infirmi
scilicet in cladibus suis semper derisu habentur.
Quamquam ille minime erat ignavus et fortiter
defendebat se, si a multo maiore oppressus risum
movebat tantum. Praecipue, cum iam humi iaceret
et alter iam genibus ingravesceret pectori, et
audiebatur vox illius rogantis: Vae! ne! (Vae!

ne feceris hoc !) Tunc omnes ridebant et tribubebant ei cognomen novum : Vaene. Sic factus est ex Eugenio Szabó Vaene. Et ille nunquam vetuit se Vaene vocari, hoc cognomen cum surrisu¹⁰ martyrum accepit et gessit et patiebatur omnia, quae vitare potuisset. Erat ex illis, qui tantopere amatores sunt pacis et amore studiorum tantopere detenti,¹¹ ut nolint tempus litem agendo terere, et libentibus patiuntur iniuriam, quam ut ipsi quoque adaugeant spatium rixae.

Accidit tamen, mense Maio, cum iam appro-
pinquabant tentamina,¹² et nos omnes nervosi
eramus (etiam ego et Krcsák pacem agebamus),
ut quidam e faucibus¹³ famam iniecerit classi
commissarium ministeriale nos visitandi gratia
adesse. Nec fulgor de coelo sereno terrorem maio-
rem nobis iniicere potuit. Et illo ipso momento
temporis nos omnes, qui ad fenestras eramus, viā
brevissimā, ut Hungarice dici solet: versus¹⁴
turrim¹⁴ (= in directum) ruebamus in loca nostra
propria. Id est: per sellas, nulli alteri rei curam
habentes, nisi ut quam primum in sede iustā
sedeamus. Et Krcsák, per sellam socii Vaene ruens,
vestigium pulverosum soleae¹⁵ reliquit in libro,
qui in tabula sellae erat et involucrum¹⁶ pulcherri-
mum habuit. Hunc librum Vaene maxime amabat
et in hoc libro praedilecto (cui inscribebatur:
poētica) reliquit Krcsák quasi vulnera taeter-
rima etiam foramina¹⁷ clavorum¹⁸ calcei.¹⁹

In silentio profundo expectabamus commissarium ministerialem, statim autem nos rumore²⁰ deceptos esse certiores facti sumus. Vaene pallidus spectavit librum. Pulverem detergere conabatur, locum clavorum autem nullo modo potuit detergere. Tunc voce commotione trementi: «Quis hoc fecit?» — interrogavit.

Nemo respondit. «Quis hoc fecit», iteravit. Et cum iterum nemo respondisset, ira incensus: «Porcus est ille impudens», — dixit.

Omnibus nobis notum erat hac enuntiatione pugnam moveri. Fenestrae ergo statim claudebantur. Kresák lente se erigebat: «Tu me porcum distixi? — interrogavit — nam ego feci istud».

— Non, — respondit Vaene, — non porcum, sed porcum impudentem dixi. — Et exuebat amiculum²¹ et fulminis celeritate iniecit se Krcsáchio appropinquant, qui impetu improviso reiectus sellae angulo ita incidit, ut vix spiritum sumere potuerit. Quae res autem nihil impedivit Vaene, quin aliquot alapas²² sonoras duceret ei, in memoriam sempiternam.

Nunquam obliviscar huius celeritatis et exitus insperati. Krcsák lente surrexit facie a furore

¹ civakodni = streiten = se disputer ² vásott = un-
gestüm = polisson ³ tanterem = Lehrsaal = salle ⁴ da-
ganat = Geschwulst = bosse ⁵ olyan állapotban = in so
einem Zustande = dans un tel état ⁶ ökl = Faust =
poing ⁷ basáskodás = Überhebung = tyrannie ⁸ fölé-
nyes = überlegen = supérieur ⁹ könnyben uszó = voll
Tränen = baigné de larmes ¹⁰ mosoly = Lächeln = sourire
¹¹ leköt = fesseln = captiver ¹² vizsga = Prüfung =
examen ¹³ folyós = Korridor = corridor ¹⁴ toronyirá-
nyában = geradeaus = à travers champs ¹⁵ cipőtalp =
Schuhsohle = semelle de soulier ¹⁶ kötés = Decke, Ein-
band = reliure ¹⁷ lyuk = Loch = trou ¹⁸ szeg = Nagel =
clou ¹⁹ cipő = Schuh = soulier, chaussure ²⁰ híresztelés =
Gerücht = rumeurs ²¹ kabát = Rock = veston ²² pofon =
Ohrfeife = soufflet



et alapis rubrā. Labia sanguinabant, sintne costae²³ infractae an non, digitis temptabat. Et recedens in locum suum : — «Vae tibi Vaene», — dixit atrociter.

Sed iam ingressus est professor et Vaene statim interrogatur ante cathedram: «In quot partes dividitur Ars poetica?» Incepit, sed videri potuit commotum esse. Belle²⁴ et eleganter solitus est explicare thema, nunc autem haesitabat, pallidus erat et tussiebat.

Professorem autem non latebat illum indigne tractari a Krcsáko et quia ille quoque pallide sedebat in sella, persuasum habebat nunc ipsum tale quid accidisse. Occasio optima, ut hic Krcsák, qui scholae tantum oneri et dedecori est, tandem eiiciatur e schola. — «Dic mihi, quaeso, — ait quis te laeserit, ut ego tandem modum inveniam in hac classe quiete docendi et discendi.»

Et ille statim perspiciens rem, turbatus, quasi non intelligeret interrogationem: — «Non, — respondit, — vere nemo me laedere solet, nos omnes inter nos amici sumus.»

Et Krcsák liberatus erat.

Haec omnia in longinquitate triginta annorum, qui ex eo die praeterierunt, sunt. Nuper in coemeterio²⁵ eram, cum ex improviso lapis tumuli cuiusdam protulit mihi: Hic quiescit Eugenius Szabó, vixit 27 annos.

²³ oldalborda = Rippe = côte ²⁴ szépen = schön = joliment ²⁵ temető = Friedhof = cimetière



Gubernator noster Horthy in Polonia, dum haec scribuntur, maximā reverentiā amicitiaeque verā, quae est eratque semper inter Hungaros atque Polonos, accipitur. Acta¹ diurna¹ et Cracoviensia et Varsoviensis, quibus in urbibus gubernator hospitio Moscicki praesidis utitur, commonefaciunt cives, quam similis historia Polonorum Hungarorumque sit. Ambabus nationibus tot per saecula Europam ab impetu barbarorum defendantibus² tamen saepe pro beneficiis³ merita³ debitaque³ gratia³ non relata est.³ Pro libertate ambo populi pugnas innumerabiles pugnaverunt, at alter contra alterum nunquam arma cepit, immo saepe Poloni pro libertate Hungariae pugnantes ceciderunt, item Hungari Polenos oppressos semper pro viribus adiuverunt. Sic a. 1920, cum Russi communistae Varsoviam capere voluissent, Hungaria quamquam iam mutilata⁴ erat, tamen 30 milia militum atque apparatus ad usum belli Polonis missura erat. Quae cum per Csescoviaciam exportari a gubernio Pragensi ut Russis gratum facerent, vetitum esset, milites domi manserunt, sed 83,000.000 embolorum⁵ sclopetaiorum⁵ per Rumaniam, 440 culinae⁶ castrenses⁶ aliaeque res ad bellum necessariae


tempestive⁷ in oppidum Skierniewice advenerunt et Russi expulsi sunt. Poloni in vicem pacem Trianonicam Hungaris tam funestam soli ceterorum populorum auctoritate⁸ suā⁸ non confirmaverunt.⁸ Horthy noster eo magis a Polonis celebratur, quia frater eius in bello gentium centurio equitum ad oppidum Radom, ergo in Polonia contra Russos pugnans mortuus est.

Pons chalybeus⁹ super dejectum aquae Niagarae exstructus tantā vi glaciatarum¹⁰ molium¹⁰ e lacu Erie denatantum quassabatur, ut tandem disiectus corrueret. Pondus pontis 2,600.000 chilogr. erat. Damnū 300.000 thalerorum (vulgo : dollarorum) aestimatur. Gaudendum est, quod nemo iam in ponte erat, cum concidit.

Congressui Eucharistico Budapestinensi mense Maio 200.000 hominum aderunt, ex quibus 65.000 aliis ex nationibus advenient. Germanorum 20.000 adesse voluerunt, sed magistratū Germaniae tantum perpaucis veniam¹¹ proficisci dabit timens, ne multum pecuniae exportetur, sed etiam de aliis causis, quae haud satis intelliguntur. Réverā magnopere dolendum est, quod Germanos fratres catholicos videre non poterimus.

Bellum neque in Hispania neque in Sina finitum est. Nationalistae novissime ad oppidum Teruelem

¹ hirlap = Zeitung = journal ² ámbár = obwohl = bien que ³ hálatlansággal fizet vkinék = jmdem mit Undank lohnen = payer d'ingratitudo ⁴ megcsontkítani = verstümmeln = mutiler ⁵ puskába való patron = Ge-wehrpatrone = cartouche de fusil ⁶ tábori konyha = Feldküche = cuisine roulante ⁷ idejében = rechtzeitig = à temps ⁸ ratifikálni = ratifizieren = ratifier ⁹ acél = Stahl = d'acier ¹⁰ jéghegy = Eisberg = iceberg ¹¹ engedély = Erlaubnis = permission, permis



Palatium «Wawel» Cracoviense, ubi Horthy gubernator pernoctavit.

vincere videntur. Japonenses autem iam Anglis minitari audent Sinenses adiuvantibus.

(Tectum) pluviale¹² ante hos 200 annos ab Iona Hamvay inventum est, qui ex umbella¹³ iam Romanis nota hoc novum instrumentum fecit. Pluviale in nebula et pluviosa Anglia inventum esse quis miretur?

Securis¹⁴ labens¹⁴ extra Galliam iam pridem nota erat. In perturbatione¹⁵ rei publicae¹⁵ Gallicae, cum quotidie de multis hominibus suppli- cium¹⁶ sumptum est,¹⁶ dr. Guillotin medicus in conventu nationali proposuit, ut machina hominibus securi celerius aequabiliusque¹⁷ percutiendis construeretur. Primam formam huius machinae mechanicus Germanus Schmitt custode Louis medico construxit. Cum autem carmen in doctorem Guillotine scriptum esset, machina de eo nomen accepit.

Quot animalia¹⁸ inveniantur? Dr. Theodosius Dobzhansky professor Instituti Technologicci Californiensis in libro qui¹⁹ inscribitur¹⁹ «Differentia organica» explicat nostris temporibus 822.765 varias bestias, 133.000 plantarum florentium et 100.000 plantarum inferioris generis nota esse. Quia quotannis multa nova genera inveniantur, professor putat numerum animalium multo maiorem esse, cui numero genera animalium extincta²⁰ non ascrispit.

¹² esernyő = Regenschirm = parapluie ¹³ napernyő = Sonnenschirm = parasol ¹⁴ nyaktiló = Fallbeil = guillotine ¹⁵ forradalom = Revolution = révolution ¹⁶ kivégez = hinrichten exécuter ¹⁷ egyenletesebben = gleichmässiger = d'une façon plus égale, plus régulière ¹⁸ élölény = Lebewesen = être vivant ¹⁹ című = betitelt = intitulé ²⁰ kihalt = ausgestorben = éteint

Caesarem a Cicerone hospita- liter exceptum esse. (6)

Ad fabulam Th. Birtii latine libere tradidit Aemilius Láng
O. Praem. Keszthelyensis.

Dum hospites se lavabant, Cicero in cubiculum se contulit, ut vestimenta mutaret. In animo habebat maximam continentiam adhibere summāque dicendi moderatione uti. Nisi Caesar — qui rerum potitur — mentionem rerum publicarum faceret, sibi verbum omnino de illis facere nullum licitum esse. A balneo¹ diligens erus villam ostendebat hospitibus, granaria, praesaepia laxa, buble, equile, ovile, pastionem² villaticam,² vivarium,³ hortum olitorium, pomarium et vinetum, exinde viridarium,⁴ aquas salientes, ambulationem⁵ pressis varieque tonsis viridibus inclusam, signa⁶ palliata⁶ ibidem posita et praetorio⁷ adiacentem turrim ad prospectum capiendum erectam hederāque pererratam. Quibus lustratis Cicero cum Caesare Brutoque in bibliothecam iit. «Hercle, volumina litterarum in loculamentis, — dixit iocose Caesar, — simillima sunt columbis in columbario nidificantibus.»

Sunt ista, respondit hilare Cicero, sed enim columbae meae non incubant,⁸ egomet ipse incubo columbis.

Brutus oculis titulos voluminum lustrans alacer

acclamat: «En vera et pura sapientia Graeca! Caesar vultus severos induit et: «Huius sanctitatem loci summa cum reverentia attigi, — inquit, — nam museum Ciceronis est sedes Musarum, est templum mentis publicae.»

Quod erat magnifice dictum. Vultus senilis Ciceronis ad punctum temporis iuvenili vigore vivescit, veluti cum ruptis nubibus fulgor emicans percurrit lumine nimbos. Caesar repente nares⁹ corrugat,⁹ quibus fetidam glutinis¹⁰ auram hausit. Namque conclave totum odore glutinis erat perfusum. Volumina sententiarum Ciceronis plena, quorum singulae paginae paulo ante erant conglutinatae, super pavimentum iacebant evoluta. Brutus, iuvenis taciturnus extemulo genibus positis se demisit et cupidus legebat, quae Cicero mane dictavit. Et Cicero libenter cum illo familiarem seruisset sermonem, nisi Caesar inquisivisset in eum, quae proxime sibi facienda viderentur.


Quae investigatio bilem¹¹ movit¹¹ Ciceroni. Paulum abfuit, quin contra interrogaret eum, quid consilii esset in posterum. At conscient erat sibi hoc facere non licere. Caesar enim fuit homo rari¹² aditus,¹² qui omnia sua occulta dissimulabat, cuius autem cumque occultissima acumine ingenii facile perspexit. Itaque Cicero, ut sermonem aliquo transferret, de suis studiis litterarum orsus est loqui: «Propone tibi Graecas litteras tam multas doctrinas et eruditiones continentis, quae in omnibus fere gentibus leguntur, cum Latinae suis exiguis finibus sane continentur. Quam multa milia voluminum Graecorum argumenti ingeniosissimi! Quam parva initia Latinarum imprimis de philosophia litterarum! Quam ob rem equidem philosophiam, quam vivendi doctrinam usque ad nostram memoriam vita magis, quam litteris persecuti sumus, ex Graeco fonte in Latinum transferre et illustrare volo.»

— Quod quidem recte facies, — respondit Caesar. — Nolim otio¹³ litterato¹³ careas! Neque enim quisquam te elegantius intervalla¹⁴ negotiorum privatorum otio¹⁴ dispunxit.¹⁴ (Quibus dictis Cicero rursus exarsit in iras. His admonet me — sic cum animo cogitabat — ut diuturno otio me involvam. Itaque plane iam frigeo et iaceo. Actum¹⁵ est de me!¹⁵) Libros tuos de Republica cognovi, — perrexit Caesar.

— Probasne illos, — interrogavit eum Cicero avidus.

— Vanae¹⁶ species¹⁶ atque opinones, — respondit neglegenter Caesar.

¹ fürdő után = nach d. Bad = après le bain ² baromfi-
udvar = Kleintierhof = basse-cour ³ halastó = Fisch-
teich = vivier ⁴ park = Park = parc ⁵ séthahely = Pro-
menade = promenade ⁶ göröggruhás szobrok = Statuen
in griech. Tracht = statues en costume grec ⁷ úrilak =
Herrenhaus = maison de maître ⁸ költ és vmiivel foglal-
kozni = brüten und einer Sache obliegen (szójáték = Wort-
spiel = calembour) = couver et s'occuper de quelque chose
⁹orrát fintorítja = die Nasen rümpfen = faire une grimace
¹⁰ enyv = (Leim) Kleister = colle ¹¹ felháborít = empö-
ren = fächer ¹² nehezen hozzáférhető = schwer zu-
gänglich = difficilement accessible ¹³ irod. foglalkozás =
wissenschaftl. Beschäftigung = loisirs occupés de littéra-
ture ¹⁴ az időközöket tudománynak szentelni = die Zeit-
den Wissenschaften widmen = consacrer les intervalles aux
sciences ¹⁵ végem van! = es ist aus mit mir! = c'en est
fait de moi! ¹⁶ ábrándképek = Wahngebilde = illusion



Pompa militaris in foro Piłsudski Varsoviae.

— Quae tamen omnes ad futura spectant ! Vellem consilia mea benignis auribus accepta essent ! Utinam qui nunc sunt homines suas rationes bono publico ne preeferrent. Sed igitur qui sunt hodie, qui sciant, quid proximis,¹⁷ quid reipublicae debeant ! Ideo in animum induxi non tantum ius civile, sed etiam officia hominis pluribus libris complecti. Discant tandem oportet Romani se homines esse inter homines.

— Felix tu, qui hisce imaginibus credas, — respondit Caesar frigide.

— Quid censes naturam deorum et fatum ? Credisne omnino deos esse ? Unius in fidem committamus nos an plurium ?

Caesar canticum militare cantilabat¹⁸ ridensque dein respondit : Ego mihi met ipsi confido, nihil supra scio.

— Sed est etiam fatum, urgebat eum Cicero. Habemusne liberam voluntatem atque arbitrium agendi ? An necessitate divina coacti agimus ?

— Quae enim, hercle, perdifficiles et magnae quaestiones sunt. Sapientis est quaestiones instituere, quibus mens et ratio exercentur, quaestiones, quae ad mores saeculi magnam vim habent. Quae scilicet animis imbecillis sunt hamis,¹⁹ quos vorant et laquei, in quos incident : validis autem sunt tantum aranea,²⁰ quae negligunt et pro nihilo habent. Plane vir facit, ut populus velit, quae ille ipse vult et gaudet sibi, cum philosophi dicunt vocem eius etiam vocem Dei esse.

Repente risus Mamurrae extrinsecus auditur. Caesar sermone abrupto celeriter exiit de biblioteca. Cicero autem demisit se ad aurem Bruti librum de Finibus legentis et dixit : « Tu, mi Brute, familiariter uteris illo. Quam habes spem ? Dic mihi raptim. Ominis res nunc ex ratione agendi illius pendet. Servabitne leges iuraque nobilitatis atque plebis ? Pecuniam publicam ex aerario corripuit ! Reponetne illam in aerario ? »

— Sane reponet, — respondit Brutus lente. — Noli animo angi. Ignominiam, si quam inferret nobis, ego aequa atque tu omni vi depelleremus. Nunc ebrius est dulci fortuna, si iterum sobrius fuerit, naturalis eius bonitas benignitasque se aperiet. Mater mea generosi animi et mentis, quod tibi haud ignotum est, intima erat consiliis Caesaris, quem etiam egomet ipse semper in sinu gestabam mihiique ad imitandum proposui. Ego confido ei, quod si non possem . . . Exsurrexit a genibus, vultus eius ardore animi micabat et digitis compressis pugnum²¹ fecit.²¹ (Continabitur.)

¹⁷ felebarát = der Nächste = le prochain ¹⁸ dudolgat = dudeln = fredonner ¹⁹ csalétek = Köder = appât ²⁰ pókháló = Spinnengewebe = toile d'araignée ²¹ ökölbe szorít = die Faust ballen = serrer les poings

Silva Bohemiae.

1. *Silvae Bohemiae erant custodia
Meis cunabulis et dulcis patria:
A vobis iam diu vulsus vivo procul;
Sed saepe mens mea ad vos volat.*
2. *Aetatis floridae dies recurrite,
Quibus parentium cura felix eram,
Domum iuxta patris e prato culmina
Salutabam frequens Bohemica.*
3. *Semel mihi, Deus, ostende patriam:
Ostende montium et vallium decus !
Tum laetus omnia pergam relinquere,
Valere iussero carissima.*

Frequentamentum :

*Silvae Bohemiae erant cunacula
Silvosa montium iuga, Silvae Bohemiae
Erant cunacula amoenam patriam.*

Cantiuncula Germanica latine reddita ab Andrea Avenario presb. S. V. D. Tirschenreutensi.



RES FEMINEAE.

In memoriam reginae nostrae Elisabethae.

Dies natalis¹ Christi¹ praeteriti anni erat anniversarius² centesimus natalis reginae nostrae Elisabethae, uxoris Francisci Iosephi I. Regina Elisabetha temporibus patriae nostrae tristissimis, post bellum pro libertate patriae annis 1848—49 pugnatum, amica adiutrixque a Deo nobis data est. Sponsam³ Francisci Iosephi I. Hungarus quidam in Bavaria vivens, nomine Joannes e comitibus⁴ Mailáth institut Germanice ad historiam litterarum fabulasque Hungariae. Quae, cum omnia ignota essent Elisabethae, attentissime audivit et adeo impleta est admiratione, amore, miseratione populi huius multum passi, fortissimi, totā fere Europā sine cognatis viventis, ut cum mox iam uxor Francisci Iosephi esset, paulatim totā Hungariā rumor⁵ increbesceret.⁶ Hungaros iam non esse eb omnibus relictos, amicamque iam in aula Vindobonensi habere et quidem uxore pulcherrimam imperatoris.⁷ Sic factum est, ut, cum coniuges imperatorii anno 1857 Hungariam visitarent, Elisabetha maximo cum amore et fiduciā acciperetur. Etiam nostre⁸ pulchritudinem, gratiamque⁹ eius, quae describi non potest, maxime admirati sunt.

Mox Elisabetha, ut mentem¹⁰ Hungarorum melius intelligere posset, etiam linguam Hungaricam cognoscere et Hungarice loqui voluit. Virgo nobilis Hungarica ex oppido Kecskemét, Ida Ferenczy, praelectrix,¹¹ mox amica eius intima facta est. Cum Franciscus Iosephus anno 1865 comitia regni Hungariae convocaret, legati lecti,

qui etiam Elisabetham in caput Hungariae invitarent, Vindobonam ierunt. Elisabetha ornata¹² Hungarico induita¹³ cum octo virginibus Hungaricis accepit legatos et ad verba principis¹³ primatis¹³ Hungariae Hungarice respondit se brevi Pestinum profecturam esse promittens. Re vera Elisabetha post breve tempus Pestini erat et amore Hungarorum adeo commata est, ut «Maximo dolore afficior, si res imperatoris se in Italia male habent, sed si etiam in Hungaria, Ieto¹⁴ afficior¹⁴ diceret ad Iulium et comitibus Andrásy. Cum Hungariam relinquerent, in aula¹⁵ viae¹⁵ ferriviariae¹⁵ dixit: «Spero, fore ut brevi in Hungariam meam amatam rursus redire possim». Vocabulum «amata» gratiā suā incredibili ex imo corde commota dixit, ita ut circumstantibus lacrimae oborirentur.

Anno 1866 bellum inter Austriacos et Borussos et Italos ortum est. Elisabetha his tristissimis diebus non reliquit maritum; valetudinaria¹⁶ visitavit et — sicuti ipsa dixit — libentissime apud milites Hungarorum vulneratos, qui procul a patria nullos amicos haberent, et qui maxime commoti verba Hungarica imperatricis audirent, commorata est. Post pugnam ad Königgrätz coniuge optante Elisabetha Budam profecta est et maritum, ut etiam ipse cum Hungaris agere inciperet et quea Hungari vellent, faceret, ursit. Itaque Elisabetha optime¹⁷ de patria nostra merita¹⁷ est et denique diu optata assecuti sumus: Franciscus Iosephus iuribus legibusque patriae nostrae firmatis rex et Elisabetha regina Hungariae coronati sunt. Populus gratias¹⁸ relaturus¹⁸ domum regiam in oppido Gödöllő coniugibus regiis dono dedit, ubi regina dies beatissimos vitae suae transegit: etiam filia ultima, Maria Valeria ibi nata est. Natio gratissima, etiam cum sollemnia¹⁹ millennii¹⁹ a. 1896 celebraret, maximo cum amore accepit reginam illo tempore iam tristissimam, quae filium unicum, heredem regni, Rudolphum, amisisset.

Sed reginam Elisabetham etiam feminam indeole²⁰ et animi et corporis paeclarā praeditam admiramus. Pulchritudinem gratiamque⁹ eius in-



Primores Hungariae a. 1896 (millennio) salutant Franciscum Josephum regem Elisabethamque reginam (pinxit Benczúr.)

¹ karácsony = Weihnachten = Noël ² évforduló = Jahrestag = anniversaire ³ menyasszony = Braut = fiancée ⁴ gróf = Graf = comte ⁵ hír(esztelés) = Gerücht = bruit, nouvelle ⁶ elterjed = sich verbreiten = se répandre ⁷ császár = Kaiser = empereur ⁸ honfártársaink = unsere Landsleute = nos compatriotes ⁹ báj(osság) = Anmut = charme ¹⁰ gondolatvilág = Gesinnung = caractère, ¹¹ felolvasónó = Vorleserin = lectrice ¹² diszruhában = in Festkleid = en costume de gala ¹³ herceg-prímás = Fürstprimas = prince primat ¹⁴ az a halájom = das ist mein Tod = cela me tue ¹⁵ pályaudvar = Bahnhof = gare ¹⁶ kórház = Krankenhaus = hôpital ¹⁷ nagy érdemeket szerez = sich verdient machen (um) = elle a bien mérité de ¹⁸ hogy háláját lerója = um sich dankbar zu beweisen = pour montrer sa gratitude ¹⁹ ezredéves jubileum = Jahrtausendfeier = fêtes millénaires ²⁰ tulajdonság = Eigenschaft, Anlage = qualité, disposition

credibilem homines illius aetatis omnes maxima cum admiratione memorant. Maritum liberosque maximo in amore habuit, rebus²¹ in angustis²¹ semper adiutrix coniugis erat. Humanitate²² maxime²² imbutam²² magnopere miseruit laborantium et oppressorum. Sensus animi alti versibus pulcherrimis persecuta²³ est. Maxime eam detinuit natura, pulchritudo maris, montium, silvarum, florum. Etiam animalia valde dilexit. Amavit gymnica: eques praeclarissima erat, natavit et ut corpus gracile servaret, quotidianis²⁴ ludis²⁴ gymnicis²⁴ usa²⁴ est.²⁴ Etiam veniad studiosissima erat. Vitam liberam, procul ab aula imperatoria vivere cupiebat, fastidiebat²⁵ sollemnia. Multa itinera fecit, praecipue post mortem infelicem Rudolphi et sic animum aegrotum consolari voluit. Etiam iter faciens mortem invenit: in Helvetia ab anarchista quodam perdit²⁶ occisa est maximum luctum afferens omnibus eam amantibus.

Ex enarratis constat reginam Elisabetham dignam esse, quam feminae omnibus temporibus colant et ideo memoriam eius etiam schola nostra ab ea nominata, quae «Erzsébet Nőiskola» (= Elisabetheum) nominatur, servat.

Dr. Elisabetha Nagy Budapestinensis.

²¹ nehéz viszonyok közt = unter mißlichen Umständen = dans des circonstances difficiles ²² magasabb műveltség birtokában = im Besitze einer höheren Bildung = parée d'une haute instruction ²³ kifejezni = ausführen, ausdrücken = exprimer ²⁴ naponként tornászni = täglich turnen = faire tous les jours de la gymnastique ²⁵ ellen-szenvet érzett = Widerwillen fühlen = éprouver de l'aversion ²⁶ elvtemült = verrucht = infâme

De Gustavo Daleno: Autophari¹ Inventore.

Quinto Decembris Idus Gustavus Dalenus, lucidum Suecorum decus, sua in villula Lodingensi, dum stat meridies, universorum civium lacrimis decoratus, diem obiit supremum; atque Ennianam sententiam de tanto viro, quandoquidem vivus volitat per hominum ora, iterare iuvat.²

Gustavus Dalenus cum Thoma Alva Edisono, Americanorum honore laudeque, conferendus est; nam uterque abditis rebus inveniendis operam iugiter³ dedit; praeterea quam sit verum proverbium «ex ungue leonem» maxima nempe ex parvis exsurgere ostendit. Etenim is decem ferme annos natus horologium⁴ excitatorium⁴ machinulâque, humore quodam actâ, constans, cuius beneficio coffea, quam vocamus, potio, ablato hominis auxilio compararetur, invenit. Omne deinde studium atque operam, quanam ratione et viâ caloris atque luminis vis ac natura in hominum societatis commodum utilitatemque adhibenda esset, consumpsit.

Hinc mechanicum lumen portuale, quod autopharum nominaverim, originem duxit, cuius quot quantaque sint beneficia, declarant cuiusvis maris nautae. Prima vero (nam et haec memorare operae

¹ önműködő világítótorony = automatischer Leuchtturm = phare automatique ² Elogium tumuli Ennii poëtae hoc est :

Adspicite, o cives, senis Enni imaginis formam!

Hic vestrum panxit maxima facta patrum.

Nemo me lacrimis decoret nec funera fletu

Faxit! Cur? Volito vivus per ora virum.

³ folytonosan = fortwährend = continuellement ⁴ ébresztőóra = Weckeruhr = réveille-matin



Pharus automatica Daleniana.

preium est) phari origo perquam⁵ vetus; quotus enim quisque ignorat ita initio appellatam esse turrim illam, a Caesare, Alexandrino bello, dirutam, restitutam vero a Cleopatra, quae haud longe ab Alexandria per Ptolemaeum Philadelphum in insulā Pharo, Sostrati Gnidii operā advocatā, exaedificata sit? Atque apud Plinium seniorem scriptum legimus ex ea noctu lucem navigantibus elucere. Huiusmodi igitur pharus simplex, ut videtis, machina fuit ad praelucendi ministerium, cui ministerio agendo homines delecti paeerant. Sed Daleni invento id factum est, ut homines tam diuturno onerosoque munere liberarentur. Mechanicam vero pharum, lunae noctivagae persimilem dulciaque nautis lumina per nocturna silentia sponte et ulti praebentem Dalenus invenit.

Ab antiquissimis vero temporibus ad nostram usque aetatem necesse usque fuit, ut turrim, luminis potentem, custos habitaret, atque, ad vesperascente die, lumen accendendum curaret. Quot igitur homines, liberorum suorum paene dixerim immemores, segreges vitas in solitudinibus recessibusque, in circumluyionibus,⁶ in insulisque per Oceanica diffusis spatia, trahere veternoque⁷ inservire cogebantur! At hunc autopharū ubique terrarum, aedificiis turritis similes, in maiorem vel minorem, pro rerum necessitate, protensa, hic in montium cacuminibus, illic in precipitibus regionibus, collocatae sunt. Tanti inventi igitur auctor Skaddareglardenae anno MDCCCLXIX natus est; cum vero XLIII aetatis annum ageret, anno videlicet MCMXII, Nobelico praemio ab Stockholmiensibus Academicis est honestatus.

At quaenam sunt rerum humanarum lacrimae vicesque! Etenim quodam die tantus vir, quo erat rerum abditarum naturae inveniendae amore, propter aēnum,⁸ ex improviso diruptum,⁹ oculorum luminibus orbatus est! Oculos igitur amisit, qui omnibus vel naves subducentibus¹⁰ atque deducentibus, vel in altum vela dantibus, vel maria longe lateque arantibus, vel piscatoribus quoque retia pandentibus, lumina, faces, itinerum indices nocturnas per tenebras tantā animi ingenuitate praebuerat, libenter donaverat! Amissos oculos nunc in altero¹⁰ rerum¹⁰ spatio¹⁰ ex Dei voluntate aperuit, atque Deum ipsum, doctrinarum verique auctorem, quem in terris veneratus erat, inspicere ei iam fas fuit. Autopharum Dalenus invenit; clara autem gentis suae pharus Dalenus inscius est factus! Iure igitur Sueci universi in eum fundunt lacrimas manibus plenis dant¹¹ eius tumulo flores sempiternos.

Prof. Johannes Baptista Bellissima Pisanus.

⁵ nagyon = überaus, gar sehr = bien, fort ⁶ sziget = Inselbildungen = île formée par les atterrissements ⁷ tétlen-ség = Untätigkeit = inactivité ⁸ kazán-robbanás = Kesselexplosion = explosion de chaudière

⁹ partra húzni = ans Land ziehen = tirer sur le rivage

¹⁰ a másvilágón = im Jenseits = dans l'autre monde

¹¹ Verg. Aen. VI. 883

Duo Carmina Alexandri Petőfi.

Latine reddidit Vincentius Bors Szegedinensis.

1. Arbor fiam si...

*Arbor fiam, si flos arboris es,
Et si ros es, flos ego fiam,
Ros fiam, si radius es solis,
Ut modo me tecum misceam.*

*Si, puella, tu es ipsum caelum,
Stella commuter statim ego,
Si, puella, tu es inferorum,
Ut iungamur, damnatus ero.*

2. Rosa est in collis latere...

*Rosa est in collis latere,
Ad humerum meum procumbe,
Susurra me a te diligi,
Heu, quam gratum illud est mihi!*

*Solis imago in Danuvio,
Tremescit hic flumen gaudio
Et placide solem agitat,
Ut ego te, mea anima.*

*Quid non insimulant nefari
A me Deum esse negari!
At etiam nunc oro Deum:
Observo cor palpitans tuum.*

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Latinum Vivum.

Carmen gratulatorium.

Ad Drem Joannem Melich professorem et prodecanum Universitatis Budapestinensis Pazmaniæ, praesidem classis litterarie Academiae Scientiarum Hungaricæ pro meritis de institutione academica necnon de cultu atque humanitate ab Nicolao Horthy gubernatore cruce commendatoria Ordinis Meritorum Hungarici donatum scripsit Iosephus Wagner.

*Elidis in campo quondam certabat athleta et
Victoris capiti imposita est hedera.
Nostris temporibus non solum corpore vincit,
Qui supereminuit. Viribus ingenii
Iam honos ille datur doctorum pro meritis, qui
Illis debetur. Quare cum Tibi nunc,
Linguarum cultor doctissime, principis Horthy
Clementis iussu donata est hedera,
Quis non gauderet, quem non hoc laetificaret?
Nos quoque Te verbis prosequimur laudis.
Sors Tibi det vitam longam, laetam, validamque,
Quidquid temptaris Deus semper faveat.
Et Tibi sit curae, quae Te colit, illa iuventus:
Dux, pater omnibus es, omnes Te ita amant.*

Cursus sermonis Latini.

Cum tempore «Congressus Eucharistici Internationalis» Budapestini mense Maio instituendi lingua Latina cotidiana praeter ceteras linguis vivas haud ultimum locum obtentura sit, praesertim in commercio linguae cum magna multitudine sacerdotum peregrinorum, propterea Institutum Populo Erudiendo Budapestinense, Societate Amicorum Litterarum Humanarum Hungaricā necnon Societate Magistrorum Scholarum Mediarum Catholicon inchoantibus cursus sermonis Latini habendos decrevit. Qui cursus die IV. mensis Februarii praesentibus ablegatis ambarum societatum supra memoratarum, professoribus *Dre I. Wagner*, moderatore «Iuentutis» et *G. Ianson*, directore Collegii Sancti Gerardi initium ceperunt. Cursus in gymnasio de poeta celeberrimo Vörösmarty denominato (*VIII. Horánszky-u. 11*) a professore eiusdem gymnasii *Dre Francisco Turányi* instituuntur et quidem 10 hebdomades die Martis necnon die Veneris cuiuscunque hebdomadis vespere ab hora 6 ½ usque ad horam 7 ½. Qui huius cursus novi participes esse desiderant, diebus supra dictis ante cursus incipiendos nomen dare possunt.

Librorum recensio.

Liber Latinus II. Ein Lateinbuch für die zweite und dritte Klasse der österreichischen Gymnasien und Realgymnasien. Mit 22 Bildern, 3 Plänen und 1 Karte. Herausgegeben von Dr. Emil Gaar und Dr. Mauritz Schuster. Vierte Auflage Österreichischer Bundesverlag. Wien, 1937. Preis S 5.

Liber Latinus in scholis Austriacis, in quibus lingua Latina docetur, iam complures annos usitatus ex ratione docendi a 1935 descripta et elaborata a 1937 prorsus mutatus iterum editus est.

Ratio mutati libri in eo mihi potissimum cōsistere videtur, quod in docēndo a facilioribus ad difficiliora, id quod omnis disciplinae et institutionis summa est, gradatim ascenditur, ad quod propositum totus accommodatus est liber et astrictus, cuius descriptio haec est: lectiones sunt omnino 66, quarum 30 in classem gymnasiorum secundam, ceterae in classem tertiam disperiuntur, quarum cuique syntaxis exercendae causa aliquot Latinæ et Germanicae in posteriore parte libri respondent sententiae inter se seiunctae. Has, ut in priore parte, prolusiones grammaticæ elementariae (declinatio, comparatio, numeri, pronomina, coniugatio etc.) antecedunt, quae nisi quibus-



Gymnica nivalia in montibus Austriae (ex periodico «Élet»).

dam temporis intervallis exercetur, facile obliterata tandem in oblivionem it. Etiam eae grammaticae partes, quae in prima classe propter nimiam exaggerationem materiae, quam mens puerorum talis aetatis non capit, omissae sunt, nunc quasi postliminio in has prolusiones redeunt. Lectionibus additum est lexicon ordine lectionum singularum compositum, quo etiam origines vocabulorum facile explicabiles enodantur et si quae eorum in Germanicum sermonem penetraverunt, notantur. Huic lexico assertum est lexicon Latino-Germanicum et Germanico-Latinum alphabeticā serie ordinatum.

Lectionibus et lexicis adnexa est syntaxis brevis et circumscripta, siquidem 31 paginis omnis syntaxis pracepta, quae quidem in 2 et 3 classibus tractari solent, clare et distincte explicata ac brevibus et iisdem insignibus illustrantur exemplis. Appendix instar totius descriptio materiae in conspectu ponitur, ex quo perspiciatur, quae unicuique lectioni grammaticae elementariae et syntaxis pars subiecta sit. Libro adnexae sunt XIII tabulae res Romanas imaginibus repraesentantes et una geographicā; omnes pulcherrimae et subtiliter perpolitae sunt.

Huius libri conditoribus summae laudi dandum esse
duco, quod et lectionum et grammaticae opus eximia cum
peritia et scientia puerilium animorum exaedificaverunt.

Lectiones autem sunt breves, faciles intellectu, varietate iucundae, quibus plerumque res narrantur gestae aut fabulae Aesopicae solatae orationis, atque in priore parte libri etiam res praesentes ex vita puerili sumptae propo- nuntur, nec desunt proverbia, inscriptions et aenigmata. Atque priusquam ad res legendas transitur, in prolusionibus praemissis grammatica diligenter exercetur, quo fit, ut cum res narratae difficultatibus grammaticis ante sublati expeditius et iucundius legantur, tum mens puerorum in assiduo motu et actu esse cogatur. Utinam nos quoque lectionibus ex historia Romana petitis, quae uno tenore narratae immane quantum pueris et doctoribus important taedii, tandem supersedeamus. Atque quanta difficultas paratur grammaticam docentibus, cum in una sententia praeceptorum, ut est captus puerorum, difficillimorum coacervatur cumulus!

Quare isti libro iustiorem non possim impetrare laudem, quamvis nostratis grammaticam Latinam componentibus iterum atque iterum commendare non desinam.

Balogh Károly. Martialis. Studium R.-T. Budapest,
1937. Pag. 320. Prentum 8 P.

Interdum reperias quosdam, qui quamquam non sunt ex universitate oriundi philologi, tamen amore et studio antiquarum litterarum penitus imbuti, non satis habentes sola lectione perfrui, quodam sensa et cogitationis suas declarandi instinctu impulsi laudabiliter et non sine fructu in antiquis litteris elaborarent. His praeter omnes adnumerandus est Carolus Balogh, qui opere lepidissimo nuperrime edito non est dubium, quin sibi magnum legentium numerum sit conciliaturus. Carolus Balogh Martialis epigrammatum circiter tertiam partem atque ea in Hungaricum convertit, quibus solleter ordinatis et recte explanatis, rebus et factis in narrationis perpetuitatem expletis et conexis cum Martialis vita et mores, tum saeculi illius vita cotidiana, laeta tristia, seria ludicra, honesta et inhonesta, pudicitia et libido, denique omnia humana in conspicu posita cernuntur.

Epigrammata non mole adnotationum obruit, sed brevibus explicationibus illustravit et omnia, quae ad Martialem cognoscendum pertinent, ex optimis et recentibus fontibus hausta attulit, neque ut philologi partes agere videretur, ex suo quidquam novatuiens addidit. Translatio epigrammatum est commoda, volubilis et terfa, indolem et habitum eorum verbiis Hungaricis exprimens et exae-

quans, quandoque poeta germano dignissima. *Sermo Hungaricus* est et purus et emendatus et nostram redolet aetatem. Omnes litterarum antiquarum amatores ex hoc libro magnam voluptatem percepturos confido atque idoneum iudicio, qui in magistrorum et cum omnia spurca, obscoena, immunda inde exclusa sint, etiam in discipulorum bibliotheca collocetur.

Dubibus tantum locis perperam Hungarice redditia offendit. Haec sunt: in L. Spect. 256 (p. 40): «oh, ti vizek... vegyétek» (Latine: mergite) mihi ineptum videtur. «Versibus explicitum est omne duobus opus» (XIV, 2) = «Mert minden pár vers megmagyarázza magát». Hic, quantum ego sapio, explicare non idem valet ac explanare, sed confidere, finem facere, ad exitum perducere concludere, ut in codicibus manuscriptis in fine legitur: explicit, quod ex explicitus (est) ortum constat. (Hieronym. epist. 28. Vide Georgesii lexicon 2588.) *Car. Ács Budapestinensis.*

De re aenigmatica.

Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum quintae partis.

31. virga, in ore, rogat, grata, aetas ; 32. mare, amor, Roma, eram ; 33. Mars, alit, ripa, stat, pavo, ater, vere, orer, rete, erus, tunc, esca ; 34. medicina, pristina, victoria, dii irati ; 35. Amor, mora, oram, ramo, Roma, Omar, Maro, armo.

Figuris magicis propinquissima est ea species *aenigmatis adamanteri*, in qua voces in forma quadrati in angulo stantis descriptae et ad libram et ad perpendiculum eadem sunt:

36. In medio virtus.

1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9.

1. *Est consonans in vertice,*
 2. *Quod pertinet ad te et me.*
 3. *Et «transfer!» est eadem vi.*
 4. *Quo potu delectantur di?*
 5. *Quae virtus est in medio,
In pavido desidero.*
 6. *Est idem atque «constitutor»,*
 7. *Et haec «effossa» sunt e luto*
 8. *Est par ac «cibum consum».«*
 9. *Vocalis stat in infimo.*

In simplici autem aenigmate adamantico media tantum vox et a sinistro latere ad dextrum et a summo ad infimum par est vel in hoc :

37.

1.	A	A	A	
2.	B	B	C	D
3.	E	E	E	I
4.	I	I	L	N
5.	O	O	O	R
6.	S	U	V	V
7.	V	V	V	V

1. *Quid iuri est contrarium?*
 2. *Quod verbum valet «supero».*
 3. *Est mercatoris «action».*
 4. *Urbs sita ad Danuvium*
Et vetus sedes principum,
 5. *«Verberibus afficio».*
 6. *Odore flos suavissimo,*
 7. *Est temporis adverbium.*

Huic formae aenigmatis adamantici similia sunt *aenigmata diagonalia*, in quibus vocabula aenigmatica quadratum ita efficiunt, ut litterae in diagonalibus stantes aut iam nota vel nova vocabula redant aut semper eadem sunt, ut ex his exemplis apparebit:

38.	A	D
1.	.	A A A A A A A A A A
2.	.	C C D E E E G G
3.	.	G H I I I I I I I I
4.	.	I I I I M M N N N N
5.	.	N N N N N N N N N N
6.	.	O O O O P P R R T T
7.	.	R R S T T T T T T
8.	.	T U U S T T T T T V V

*AC = 1. Est terra in Europa media.
2. Quod dici solet pro «puritia».
3. Cui conceduntur cuncta iura?
4. Est geometrica figura.
5. Qui semper pugnat, sic vocatur.
6. Centuriae praeponebatur.
7. Est «furor» simile vocabulum.*

BD = 8. Romani fines ad Danuvium.

39.

1.	A	A		A	C	C	D	E	
2.	.	A	.	.	A	.	E	E	E	E		E	
3.	.	.	A	.	A	.	G	I	I	I		I	M
4.	.	.	A	.	.	.	M	N	N	N		O	P
5.	.	.	A	.	A	.	P	R	R	S	R	O	T
6.	.	A	.	.	A	.	R	S	S	T	S	R	P
7.	A	.	.	.	A	.	T	T	T	S	U	U	T

1. *Vicina est Hungariae.*
 2. *Veloces, ferae bestiae.*
 3. *Quod facite in bona re!*
 4. *Immensus iacet et profundus,
Velut ipse esset mundus.*
 5. *Quod «nando» est «raicere».*
 6. *Pro «aequitas» hoc scribete!*
 7. *Quod nos debetis solvere.*

(Continuabitur.)

AENIGMATA.

Censor aenigmatum : Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri V.

1. Pater noster. 2. Viginti.
 3. nam, amo, mox.
 4. prora, Nero, imago, paene, veto, delet,
quasi, arbor, flos, Varus, Clara : Ora et labora!
 5. Sallustius. 6. bidens.

Aenigmata recte dissolverunt : I. In Hungaria : Sorores Büchler (*Theresianum*), Paulus Tolnay, Geysa Füleki (*Scholae Piae*), Andreas Biró (*Fayanum*), Ladislaus Keleti, Ludovicus Szöllösy, Fridericus Konrád, Ladislaus Szabó, Ioannes Liebner, Petrus Resovszki, Egon Rosner, Georgius Lénárd, (gymn. *IPEA*), Nicolaus Mayer, Stephanus Székely (*Rákócziánum*), Carolus Hoßgard, Paulus Kristek (*Americanum*), Martha Koch, Eva Bárdos, Martha Klein (*Veresianum*), Ioannes Wolkóber (*Madachianum*), Maria Krivoss, Maria Harcz, Maria Doppelhof, Martha Kovács, Agnes Szakonyi, Iuditha Angeli, Vera Földváry, Hedviga Gyimesy, Esther Horváth, Gabriella Jantsits, Martha Károlyi, Helena Koltai, Agatha König, Alicia Kühne, Margaretha Lukáts, Erica Palkovics, Margaretha Rózsa, Martha Stein, Aglaea Szemző, Eva Szendrey, Erica Tahy, Magdalena Tittelbach, Christiana Mantel, Valeria Vendl (*Sophianum*) *Budapestinenses*. — Carolus Bittner *Strigoniensis* (*Stéphaneum*), Paulus Tallián, Iulius Schwarz *Gyoengyoesiensis*, Emericus Lipsitz *Debre-cinensis*, Gabriel László, Andreas Uskert *Tatani*, Aureola Csathó *Czeeglédiensis*, Paulus Kovács, Ladislaus Papp, Zoltanus Pál, Zoltanus Szlaninka, Bela Gülmár, L. Potoczki, Prisca Czuppon *Miskol-cienses* (*Fraterianum*). — II. In Austria : dr. Guilelmus Fieber, Thea Schmied et discipuli (gymn. Acad.): Carolus Bernard, Reinhardus Jagenbrein, Ioannes Klamper, Henricus Mahler, Henricus Pawloy, Otto Reik, Waltharius Than, Ioannes Wagner, Guilelmus Fleischer, Robertus Haenflein, Petrus Herbert *Vindobonenses*. — In Germania : dr. Carolus Flesch *Reichenavensis*. — In Helvetia : Alicia T. Moretti, L. Helena Can-dolphii *Locarnenses*, Paulus Frick *Lucanensis*.

Praemium sorte Georgio Lénárd, Evae Bárdos,
Agneti Szakonyi, Gabrieli László, Paulo Kovács,
Aureolae Csathó, Petro Herbert, d.-ri Carolo Flesch
et Aliciae T. Moretti obvenit.

1. Simile.

Sum neutrum : per me datur ire, redire potestas.

An generi me vis addere femineo?

Urbs sita sum, Tiberis quā volvitur in mare. Romae.

Externae per me suppeditantur opes.

Fr. Palata Moravus.

2. *Truncus pyramidis inversae.**

Usurpas hoc adverbium,

Cum iterum fit actio.
Si tali initio

Si tollitur initium
R. n. s. s. f. 2

Rapaceum feram video.
Secundā rōsā littorē

Secunda rasa littera
Existit vox quae valeret "m o s"

Exsistit vox, quae valet «m
Sublatā primā : b e s t i a

Domestica offendit nos

Petrus Hanák, disc. *Kaposváriensis.*

3. Quadratum magicum.*

1. 2. 3. 4.

1.			
2.			
3.			
4.			

A A A E
E M M N
O O R R
S S S S

1. Quis erit nunquam mortuus?
2. «Fueristi» vox est similis.
3. Quis erat deus bellicus?
4. Quid in sepulcris invenis?

*Otto Raith, disc. cl. III. a. gymn. Acad. Vind.*4. In memoriam pro patria defunctorum.*
(Numeris.)

9	2	15	10	8	—	13	6	5	11	4	8	6	15	—	13	6	5	
11	4	1	6	5	10	15	11	—	13	2	5	14	2	5	4	—		
6	2	5	10	8	—	12	6	14	10	3	11	4	—	12	10	15		
11	—	15	2	8	7	15	4	—	1	7	1	10	15	11				

Numeris mutatis litteris
Titulum sepulcri invenis.
Nomina auxiliaria
Adiuwabunt tua studia:

1	2	3	4	5	6	Imprimis avis actio.	
7	8	9	10	11	10	12	Quod pro «affectus» video.
13	6	5	1	10	12	Qui est possessor cornuum.	
14	6	15	15	4		Quid tegit corpus avium?	

Ioannes Wagner, disc. cl. III. a. gymn. Acad. Vind.

5. Contraria supple!*

citus :
pāret :
male :
pedēs :
urbs :
senex :
maritus :
dominus :

Voces quaere mi contrarias,
Quibus has lacunas suppleas!
Ex initis tum invenis
Nomen haud ignoti Caesaris.

*Georgius Lénárd disc. gymn. IPEA Budapestinensis.*6. Omnia pro patria!
(Ad saltum equulei.)

Pa	stra.	bis	de ⁱ	ca
om	bet	ri	no	no
or	tri	vi	bus	se
quam	n	es	a	ta

Anna Büchler, disc. Theresiani Budapestinensis.

Notā : Lectoribus minimis : 3, 6 ; mediis : 2, 5 ;
maioribus : 1, 4.

* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatico in versus esse redactum.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum
dies VII (Nonae) mensis Martii.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi
causā singulis in scholis a magistro collectae in
eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti
possunt.

Lectores ad lectores.

Alicia T. Moretti (Scuola Normale Femminile, Locarno, Svizzera-Ticino) et *L. Helena Candalphi* (Piazza Castello, Locarno, Svizzera-Locarno) uti ad moderatorem scribunt : «Arderenter optant cum studentibus Budapestinensibus per epistolam Communicare, ut in lingua Latina exerceantur.



Corrigenda numeri 5. (Ian.) : pag. 70 : pro «Justui» lege : Justus ; pro : «thermopolis» lege : thermopolii ; pag. 71 : pro : «scilicet» lege : scilicet ; pro : «vuit» lege : vult ; pag. 74 : pro : «et tussisque» lege : tussisque ; pag. 76 : pro : «annes» lege : annos ; pag. 78 : pro : «dones ver» lege : donec ver.

E. Gajzágó. Novas imagines initiales «Lectorum minimorum» et «L. mediorum» Otto Bundschuh prof. componuit. — *A. Moretti et L. Candalphi.* Scribute ad Agnem Szakonyi discipulam VII classis Sophiani (Budapest, VIII., Mikszáth Kálmán-tér 1.), qui libenter vobiscum commercium epistolarum habitura est. — *Fr. Palata.* Tu miraris, cur nostri magistri minorem mercedem quam Vestri accipiant. Quia Hungaria, ex quo infelici pace Trianonica mutilata est, non solum lignum, salem, carbonem, ferrum ceteraque metalla ex illis territoriis importare cogitur, quae plus quam per mille annos nostra erant, sed etiam tot milia functionariorum publicorum, qui ex civitatibus successoriis expulsi hic refugium quae siverunt, emerito stipendio privare non vult. Nos tamen non desperamus. Etiam Polonia quondam in tres partes divisa resurrexit! Exemplar periodici «Magyar Középiskola» iam forsitan accepisti. Carmina Tua ordine prodibunt. Sed quia «Iuventus» a discipulis catervatim subnotantibus subtentatur, moderatoris est in primis opuscula magistrorum in usum suorum ipsorum discipulorum scripta edere. — *Ant. Biró.* Iocus autem de Arpado insulsus est. — Discipuli monentur, ne carmina scribant, neve convertant. Reddat latine aenigmata, ioca, narratiunculas hilares breviores, praecipue de claris hominibus. Discipuli extranei (Helveti, Batavi, Austraci, Poloni, etc.) scribant de patria sua et de excellentibus viris historiae suea. Si quis non invenit materiam idoneam, ei moderator libenter mittit, quod in latinum convertat. — Ceteris partim proxime respondebo, partim privatas litteras dabo.

E. Lipitz, P. Resofszki. Vesta aenigmata, quod sero advenerunt, proxime prodibunt. — *Alii auctores aenigmatum.* In aenigmatibus ad saltum equulei dissolvendis nolite singulas litteras adhibere, sed syllabus!

Sumptibus Societatis Magistrorum Catholico-rum Mediarum Scholarum. — A Katolikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)